

ens dicto modo produci. Nā licet demus Deū nō
 pducere necessitate naturā inferiora entia, quod
 infra probabimus, tamen q̄ aliquid sibi quale nō
 possit necessitate naturā producere quasi ex natu-
 rā fecunditate, neque ex Dei libertate, quā satis
 excercetur circa inferiora entia, neque ex alio capite
 videri potest demonstrabile. Et confirmatur, quia se-
 cundū fidē nostram vna persona diuina necessitate
 naturā producit aliam, cur ergo non poterit vnus
 Deus necessitate naturā producere aliū? Nā ratio-
 nes quibus hoc probari solet, in illo mystērio desi-
 cere, & enervari videntur. Vt v.g. solet id probari
 ex attributo summā & infinitā perfectionis, quia
 oportet aliquam perfectionē esse in productō, quā
 non esset in pducēte, vel e contrario: & idēd neuter
 esset infinitē perfectus, & cōsequenter neque esset
 Deus. Quā ratio eadem applicari potest ad perso-
 nas diuinas: & responsio quā in eis datur, potest in
 præsenti dari. Nam si illi duo dij excogitarentur es-
 sentialiter & quasi specie distincti, diceretur, ali-
 quā perfectionē esse formaliter in vno, quā non
 esset formaliter in alio: eas tamen esse eminetē in
 vnoquoque, idq̄ satis esse ad infinitā perfectionē.
 Si verō excogitarentur isti dij eiusdem perfectionis,
 tunc negaretur, aliquam perfectionem esse in vno
 quā non esset in alio, quia omnibus essent similes:
 & ita vnusquisque esset infinitē perfectus, quam-
 vis singuli eorū non haberent omnes entitates in-
 diuiduas talīū perfectionū: hoc enim ad infinitatē
 intensionā non est necessarium. Alia ratio sumi solet
 ex attributo simplicitatis, scilicet, quia tales dij cō-
 uenirent in genere, vel in specie, & consequenter
 different entia in specie, vel indiuiduo, & ita habe-
 rent in se compositionē ex gradu in quo cōuenirēt,
 & in quo differrent. Quā ratio similiter instari po-
 tēst in diuinis relationibus seu personis: illā enim
 cōueniunt in cōmuni ratione relationis, & distin-
 guuntur in proprijs, sine cōpositione in re, quia illa
 cōuenientia est tātū rationis: idem ergo dici pos-
 set in prædicta Deorum multiplicatione.

*Questiōnis resolutio, propriaq; de-
 monstratio.*

VIII. **N**ihilominus dicendū est, ex vnitate entis per
 se necessarij euidenter inferri vnitatem Dei:
 necessariū, producere aliud à essentialiter distin-
 ctū, quod possit esse Deus. Repugnātia autem quē
 in hoc inuoluitur, sumi facile potest ex dictis iu-
 suprā de vnitate entis increati, nā est fere eadem quē
 in multiplicandis increatis entibus reperitur. Pri-
 ma sit, quia necessariū esset tale ens esse productū
 per verō creationē, quāuis necessariā & æternam,
 quia esset productū ex nihilo: tota enim entitas talis
 entis tā quoad naturā, quā quoad personā esset
 ex se non ens, nisi ab alio Deo produceretur; & hoc
 est produci ex nihilo, quia nihil illius entis ad ip-
 sius productionem supponitur: esset ergo tale ens
 verē creatum, non posset igitur esse Deus: nam hæc
 duo, Deus, & creatum ens, inuoluit in suis conce-
 ptibus primariā diuersitatem, vt ex dictis suprā de
 prima diuisione entis facile cōstat. Et declaratur
 breuiter, quia conceptus verus Dei est conceptus
 entis summē perfecti, quo non potest excogitari
 maius, vt suprā explicatum est: quolibet autem
 ente creato potest aliud maius excogitari. Quia

A hoc ipsum, scilicet esse quid creatum, includit im-
 perfectā originem, seu imperfectū modū habēdi,
 vel recipiēdi esse, quo facile potest aliud nobilior
 intelligi verē, ac sine repugnātia vlla.

IX. **S**ecunda repugnātia est, q̄ ens increatum produ-
 cat aliud essentialiter diuersum, & sibi æquale: nā
 hoc ipso q̄ habet essentia quā esse non posset, nisi
 ab alio fieret seu produceretur, talis essentia est in-
 ferrioris rationis & ordinis, quā esset essentia de-
 pendens & facta: essentia autem depēdens, ex in-
 trinseca ratione minus perfectā est quā essentia
 ex se independens. Vnde vltimū fit, tale ens non
 posse esse infinitū in essentia, cū non sit æqua
 le illi à quo productū est.

X. **T**ertia repugnātia, quā magis explicat præce-
 dentes, quia vel tale ens esset in essentia dissimile,
 & quā diuersum in specie: vel omnino simile &
 solū in indiuiduo distinctum. Neutrum dici potest
 sine repugnātia: ergo: Prior pars de specificā di-
 uersitate probari solet, quia non possunt dari duo
 entia specie diuersa æquē perfectā: quod maximē
 videtur verū in entibus habentibus essentias sum-
 mē perfectas, & includentibus in se omnem entis
 perfectionē, de quibus nō potest cōcipi in quosint
 dissimiles essentialiter, si vnūquodque talem habeat
 essentia quē includat totam entis perfectionē. Sed
 hoc ipsum vrgentiū declaratur, nam id quo consti-
 tuitur essentialiter ens omnino increatū & impro-
 ductū, oportet vt sit maxima perfectio simpliciter
 simplex, cum cōstituat ens summē perfectum,
 quod excogitari potest. Vel ergo talis perfectio in-
 uenitur formaliter in alio ente productū, vel non.
 Si primum, ergo non est essentialiter diuersum,
 quia repugnat ens essentialiter distinctum, habere
 in se formaliter propriam differentiam constituentem
 aliud. Si s̄m, ergo tale ens non est infinite per-
 fectum, cū in se non habeat formaliter perfectionē
 illam summā & simpliciter simplicē, quā aliud cō-
 stituitur. Et inde etiā concludi potest, propriam ra-
 tionē, & quasi differentia vltima essentialē, cōsti-
 tuentē illud ens productū, non esse perfectionē
 simpliciter simplicē, quā repugnet formaliter cū
 differentia propria alterius entis improducti. Atq;
 ita non posset constituere ens summē perfectū es-
 sentialiter: nā cōstitui essentialiter, est cōstitui sim-
 pliciter in esse entis, & idēd intelligi non potest q̄
 per differentiam quā non sit perfectio simpliciter,
 constituat ens simpliciter infinite perfectū. Tandem
 declaratur in hūc modū, nam si illa duo entia
 essent essentialiter diuersa, cōpararetur producens
 ad productum sicut principium, vel causa æquiuo-
 ca ad effectum: ergo necessariū esset totam perfec-
 tionem entis producti contineri alicui & emineti-
 ori modo in producente, quia non contineretur
 formaliter, cū ponatur specie diuersum: ergo emi-
 nenter: ergo illud ens productum non posset esse
 infinite & summē perfectum, quia non potest tota
 perfectio talis entis eminentiū in alio contineri,
 quia in ipsa summā & infinita perfectione includi-
 tur eminentissimus modus habendi illam.

Probatur iam alterū mēbrū, scilicet, idēditatē spe-
 cificā cū numerali distinctionē essentialiū esse im-
 possibile in natura infinita. Primo, quia ostensum
 est suprā essentiam entis increati esse essentialiter
 singularē, quia necessitas essendi ab intrinseco, nō
 potest essentialiter cōuenire nisi rei singulari: ergo
 impossibile est q̄ talis natura per aliqua pductio-